



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Christus ascendit ad patrem propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Christus dicitur puer propter quatuor.*

**P**rimo, quia sine dolo. Dicebat Petrus. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Secundo, quia cito obliuiscitur peccata, siue offensas penitentium. Ezech. Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, &c. Tertio quia humilis. Matth. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, &c. Quarto, quia plus delectatur in uno pomo, idest in anima, quam in uno castro. Vnde Lucas dicebat. Gaudium est in caelo super uno peccatore penitentiam agente, &c.

1. Pet. 2  
Eze. 18  
Mat 11  
Luc. 15

*Christus ascendit ad Patrem propter tria.*

**P**rimo, ut eum pro nobis rogaret. Vnde legimus in Ioanne, quod ipse dicebat. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis &c. Dicebat etiam Ioannes ipse. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, &c. Se-

Io. 14.  
1. Io. 1.  
Aug.

Ioh. 16.

cundo, ut spiritum sanctum nobis de-  
stinaret, sicut dicebat ipse. Si non a-  
biero paraclitus non ueniet ad uos,  
&c. Tertio, ut nobis locum apud Pa-  
trem pararet, sicuti aiebat. Vado pa-  
rare uobis locum, &c. Ioannes cap.

Ioh. 13.

decimotertio.

*Christus uoluit mori morte  
crucis propter  
quatuor.*

Sap. 1.

**P**rimo, quia erat mors ualde op-  
probriosa, sicut legitur Sap. 1.  
Morte turpissima condemne-

Act. 9.

mus eum. Voluit enim nos docere,  
ut malum opprobrii non timeamus

Hieron.

pati propter eum. Ideo ibant Apo-  
stoli gaudentes a conspectu concilij,

Tre. 1.

&c. Et Hieronymus. Quantum-  
cunque abiectus fuero, nunquam a-

biectior ero Iesu Christo. Secundo,  
quia erat mors ualde penosa, sicut le-

gitur in Tre. primo. O uos omnes  
qui transitis per uiam, attendite & ui-

detate si est dolor similis sicut dolor me-

us, &c. Voluit nos docere ut non ti-  
meamus mori, & uidentes eius angus-

stias nostras leuius portemus. Quod  
dicam (inquit Augustinus) uel quid

Auguf,

loquar de cruce Christi? &c. Tertio,